

Jerúsalem, quæ ædificátur  
ut civitas : \* cujus partici-  
pátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt  
tribus, tribus Dómini : \*  
testimónium Israel ad con-  
fiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes  
in iudício, \* sedes super  
domum David.

Rogáte quæ ad pacem  
sunt Jerúsalem : \* et abun-  
dántia diligéntibus te :

Fiat pax in virtúte tua : \*  
et abundántia in túrribus  
tuis.

Propter fratres meos, et  
próximos meos, \* loquébar  
pacem de te :

Propter domum Dómini  
Dei nostri, \* quæsívi bona  
tibi.

Psalmus 126.

NISI Dóminus ædificáve-  
rit domum, \* in vanum labo-  
ravérunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodíerit  
civitátem, \* frustra vígilat  
qui custódit eam.

Vanum est vobis ante  
lucem súrgere : \* súrgite  
postquam sedéritis, qui man-  
ducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis  
somnum : \* ecce heréditas

Dómini filii : merces, fructus  
ventris.

Sicut sagittæ in manu po-  
téntis : \* ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit  
desidérium suum ex ipsis : \*  
non confundétur cum loqué-  
tur inimícis suis in porta.

Psalmus 146.

LAUDATE Dóminum quó-  
niam bonus est psalmus : \*  
Deo nostro sit jucúnda, de-  
córaque laudátio.

Ædificans Jerúsalem Dó-  
minus : \* dispersiónes Israé-  
lis congregábit.

Qui sanat contrítos cor-  
de : \* et álligat contritiónes  
eórum.

Qui númerat multitudi-  
nem stellárum : \* et ómni-  
bus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster,  
et magna virtus ejus : \* et  
sapiéntiæ ejus non est nú-  
merus.

Suscípiens mansuétos Dó-  
minus : \* humilians autem  
peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in con-  
fessióne : \* psállite Deo  
nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbi-  
bus : \* et parat terræ plú-  
viam.